

DIE XXIII. FEBRUARI.

S. PETRI DAMIANI E. C. ET ECCLESIAE DOCTORIS.

DUPLEX.

Oratio.

CONCEDE nos, quæsumus omnipotens Deus, beati Petri Confessoris tui atque Pontificis monita et exempla sectari et ut, per terrestrium rerum contemptum, æterna gaudia consequamur : Per.

DIE XXIV. FEBRUARII (VEL XXV. ANNO BISSEXTILI.)

S. MATHIÆ APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

In j. Vesperis, post Antiphonam super Psalmos Estote., omisso Alleluia., dicatur : Dicit Dominus.

Oratio.

DEUS, qui beatum Mathiam Apostolorum tuorum collegio sociasti et tribue, quæsumus, ut ejus interventione tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus : Per.

DIE XXV. FEBRUARII (VEL XXVI. ANNO BISSEXTILI.)

B. CONSTANTII A FABRIANO CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Constantium, Confessorem tuum, assidue orationis et promovendæ pacis studio in populis gloriosum effecisti : ejus nobis intercessione concede ut per justitiæ semitas jugiter incedentes et pacem et gloriam assequamur æternam : Per.

DIE XXVIII. FEBRUARII (VEL XXIX. ANNO BISSEXTILI.)

B. VILLANÆ DE BOTTIS VIDUÆ ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatam Villanam famulam tuam, a mundi illiæbris revocatam, per omnes penitentiae et humilitatis semitas transire fecisti et illius intercessione concede ut reatus nostri confessio indulgentiam tuam valeat invenire : Per.